ILIACVM CARMEN
EPICI POETÆ GRÆCI,
cuius nomen ignoratur, ingenium proditur hoc eleganti Fragmento.

Nunc primum prodit cum Scholijs ex vet. MSS. membranis Biblioth. V. C.
ISAACI CASAVBONI.

FED. MORELLVS Professorum & Interpr. Reg. Decanus Latinis Heroicis expressit & Notis illustrauit.



PARISIIS,
Apud FEDERICVM MORELLVM, Architypographum Regium.

NON SINE REGIS PRIVILEGIO.

ILLVSTRISSIMO DOMINO D. THOMAE ZAMOISKI DE *Zamoscia Knyszynensi, Goniondrensi, &c. &c.* PRAEFECTO:

FEDERICI MORELLI Professorum & Interpretum Reg. Decani Carmen ΠΡΟΣΦΩΝΗΤΙΚΟΝ.

SVLCANTES *freta nauibus Pelasgis*
Troiam ad Dardaniæ oppidum obsidendum,
Argiuæ veniunt Phalanges ad te,
Illustrißime ZAMOISKI, *non vt*
Formosam repetant fero Lacænam
Marte, aut rumpere nuptias parantes
Troiani Paridis, verùsque regnum
Longæui Priami Phrygum Tyranni.
Verùm quò monumenta Græca clari

Præconis Procerum Tibi suorum
Commendent, Epici probi, æmulique
Magni Mæonidæ, recens reperta,
Et trunca & lacera eruta è tenebris,
Non spernenda tamen nouem Camœnis.
Graijs & Latijs metris amicta
Hæc nos edimus, & Tibi dicamus,
Sperantes fore non minus placens hoc
Munus, quàm ZAMOISKIO *parenti,*
Heroi meritis graui, & verendo
Musarũ & Charitũ & Gradiui alumno,
Laus Laertiadæ, Libanianum
Scriptum, quod celebri sacraueramus
Virtuti illius, Ora cuius atque
Mores exprimis & benignitatem:
Nexu vt soluere me queas paterno
Dum charos socios Vlyßis arctis
Inclusos numeris apud te habebis.
Obstringes etiam Patris clientem,
Et Natis quoque eris meis Patronus.
Sic olim soboles ZAMOSKIORVM
Excelsum super Ætherem coruscet.

Q. HORATII FLACCI
ODE XV.
NEREI VATICINIVM De ruina Troiæ.

PAstor cum traheret per
freta nauibus
Idæis Helenen perfidus ho-
spitam:
Ingrato celereis obruit ocio
Ventos,vt caneret fera
Nereus fata. Mala ducis aui domum,
Quam multo repetet Græcia milite,
Coniurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.
Eheu quantus equis,quantus adest viris
Sudor: quanta moues funera Dardanæ
Genti: iam galeam Pallas,& Ægida,
Currúsque,& rabiem parat.
Nequicquam Veneris præsidio ferox
Pectes Cæsariem,gratáque fœminis
Imbelli Cithara carmina diuides.
Nequicquam thalamo graueis.

Haſtas,& calami ſpicula Gnoſij
 Vitabis,ſtrepitúmque,& celerem ſequi
 Aiacem: tamen heu ſerus adulteros
 Crineis puluere collines.
Non Laertiadem exitium tuæ
 Gentis,non Pylium Neſtora reſpicis?
 Vrgent impauidi te Salaminius,
 Teucérque,& Sthenelus ſciens
Pugnæ: ſiue opus eſt imperitare equis,
 Non auriga piger. Merionem quoque
 Noſces: ecce furit te reperire atrox
 Tydides melior patre.
Quem tu,ceruus vti vallis in altera
 Viſum parte lupũ graminis immemor,
 Sublimi fugies mollis anhelitu,
 Non hoc pollicitus tuæ.
Iracunda diem proferet Ilio,
 Matroníſq; Phrygum claſſis Achillei.
 Poſt certas hyemes vret Achaicus
 Ignis Iliacas domos.

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ ΕΠΟΥΣ

περὶ Ἑλένης, ἀνωνύμου τινὸς παλαιοῦ.

Ἄλλοι δ' ἄλλ' ἐρέουσιν, ὅσα φίλον ἔπλετο θυμῷ,
Οὐδ' Ἑλένην φάσκουσι μετὰ Τρώεσσι περῆσαι,
Ἀλλ' ἄρα Πρωτῆος περὶ δῶμα στρωφάασθαι·
Αὔτως δὲ στρατὸν Ἀργείων Τρώεσσι μάχεσθαι.
Ὡς ἄρα πολλοὶ πλέξονθ' ἱστορίην στροβέοντες.
Αὐτὰρ ἐγὼ ἔσπευσα πάντ' ἀτρεκέως ἀγορεύων,
Ὡς κὲν ἕκαστα γένοντο· τὰ δ' αὖ ἀνεμώλια πάντα.
Ἀργεῖοι δ' Ἑλένην πὰρ ἐλθεῖν Τρώεσσι μαθόντες,
Ἀτρείδην Μενέλαον, Ὀδυσσέα καὶ Παλαμήδην,
Θησείδην τ' Ἀκάμαντα, καὶ Διομήδεα δῖον,
Πρέσβεις Τρωσὶν ἔπεμπον, ἀπήτεον ἄψ τε γυναῖκα.
Καὶ νύ κεν Ἀντιμάχοιο κακόφρονος ἔκταθεν ἔργοις
Ἀργείων οἱ ἄριστοι πρεσβείης ἀλεγεινῆς,
Χρυσὸν Ἀλεξάνδροιο δεδεγμένου εἵνεκα τοῖο·
Ἀλλ' Ἀντήνωρ ξείνισσεν, ἐκ θανάτοιο σαώσας,
Ὥ ποτε περθομένης Τροίης ἀπέδωκαν ἀμοιβήν.

Πάντα γὰρ οἱ ἐσάωσεν· δῶκεν δ' ὄλβια δῶρα.
Τῆμος δ' Ἀντιμάχοιο ἀτάσθαλα ἔργα φυγόντες
Ἀργείοις ἐρέεινον ὅσα πάθον ἄλγεα Τροίῃ.
Καὶ τότε δὴ στρατοὶ ἐξ ἠπείρων ἠδ' ἀπὸ νήσων
Εἰς ἓν ἀολλίζοντο κατὰ Τρώων ὀρέοντες. (μον
Οἷς δέκα δὴ λυκάβαντες ἀγειρομένοις προέδρα-
Ἐξ οὗ ἔβη ποτὶ Τροίην κούρη Τυνδαρεώνη.
Καὶ τότ' ἐπεσσυμένως ἐς νῆας ἔβαινον Ἀχαιοί·
Δέδμηντο γὰρ ἅπαντες Τυνδαρέοιο ἐν ὅρκοις,
Αὐλίδα δ' εἰσέπλεον κακὰ Τρωσὶ μητιόωντες.
Οὐδὲ μὲν οὐδ' Ἀχιλῆος κυδαλίμοιο λάθοντο,
Ἀρτιγάμου ἔτ' ἐόντος ἑῆς ἀλόχου μεγάροισι,
Ἐς Σκῦρον Δολόπων νῆσον Λυκομήδεος ἄστυ.
Οὕνεκα μυθεύονται πέπλους θηλυτεράων.
Ἀλλ' ἄρ' Ὀδυσσέα, Νέστορα, καὶ Παλαμήδεα δῖον
Ἐς Πηλῆα Θέτιν τε, καὶ ἐς Χείρωνα ἔπεμπον,
Ὃς σοφίῃ ἐκέκαστο, καὶ ἐν μερόπεσσι θεῦτο·
Ὅσπερ Ἀχιλλῆος μόρον ἢ ἐπέφρασε θυγατρί.
Ὃν τότε λισσόμενοι, οὗτοι πρέσβηες ἀγαυοὶ
Νῆ' Ἀχιλῆος ἄγον παρ' Ἀτρείδαις καὶ Ἀχαιοῖσι,*
Πεντήκοντα νέας σὺν Μυρμιδόνεσσι φορεῦντος,
Πεντήκοντα δ' ἔβαινον ἐπ' ἄνδρες νηὶ ἑκάστῃ.
Πὰρ δέ τε Πάτροκλος ἦεν, Ἀμυντορίδης τε Φοῖνιξ,

Η ποι ὁ λαοῦ, ὅσσ' αὖτ' Αχιλλῆος μύθῳ αὐδάων.
Τὰς δὲ ἰδόντες γήθεον Αργεῖοι πανάχαιοι
Τερπόμενοι λαοῖσι καὶ ἡγεμόσι πινυτοῖσι,
Κάλλεϊ καὶ ἔργοισιν ἀελλοδρόμου Αχιλῆος.
Ἔργοις γὰρ καὶ κάλλει ποσί θ' ὑπείρεχε πάντων.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πανάχαιοι ἐς Αὐλίδα ἠγερέθοντο
Νηεσὶν ἐν ὀγδώκοντα καὶ δὲ χιλίαις ἑκατόντε
Χειμερίοις ἀνέμοισι, παρ' αὐτόθι εἰρύοντο.
Καὶ τότ' ἐς Αργος Ὀδυσσεὺς δώμασι Κλυται-
Ἐλθὼν ἐξαπάτησε, καὶ ἤγαγεν Ἰφιγένειαν (μνήστρας
Αρτέμιδι θύσων μαντείαις Θεστορίδαο.
Ὡς δέ μιν εἶδε πατὴρ Αγαμέμνων δάκρυα χεῦεν.
Καὶ τότ' ἀπ' ἐκ πεδίοιο ἐφημίξαντο ἄνακτα,
Οὕνεκα ταύτην εἶο θύγατρα ἔρεζον Αχαιοὶ
Τὴν ἔλαφος ῥύσασκεν, ἔθηκε τε χώρῃ ἐκείνης
Αρτέμιδος ἱερείαν Ταυροπόλοιο Σελήνης.
Ταύροις γάρ τε βόεσσι πολλοῖς ἐλαστῆρσιν,
Τὸν σπόρον αὐξαίνουσα Σεληναίης ὑγρότητος,
Οὕνεκα καὶ κεραέσσα πέλει καὶ ἄμαξαν ἰθύνει.
Τῆς ἱερείαν ἔθεντο πανέλληνες τὴν κούρην,
Τὴν δ' ἔλαφον ῥέζουσι παραΐξασθαι ὁμίλῳ.
Καὶ τότ' ἄρ' ὑγροπλόους ἀνέμους ἐφέηκε Σελήνη
Ζηνὸς φραδμοσύνῃσιν, ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος

Οὐρεία φιτιόωντας, ἐπὶ Τροίην ἀνάγοντας.
Ἀργεῖοι δ' ἀνάγοντο, καὶ ἐς Τροίην ἐπέπλωον
Ἐκ πλατάνοιο μαθόντες, ἠδὲ δράκοντος ἄπαντα.
Τρωσὶ δ' ἄρ' Ἶρις ἔφαινεν Ἄρηος σῆμα κακοῖο,
Οὐρανόθεν πυκινῶς γε φαινομένη πολύχροιος·
Σῆμα γὰρ ἤγε τέτυκται χείματος ἠὲ Ἄρηος,
Ἀστράσιν οὐρανίοις ἐειλαμπέσιν ἶσα κομήταις.
Τρῶες δ' ὡς ἐνόησαν φύλακας ἦσαν ἀπαύτη.
Ἀλλ' ὅτε δὴ πέλας Ἀργείων νέες ἦσαν ἐκείνων,
Κοσμηθέντες ἄρα Τρῶες περὶ σῆμα Μυρίνης
Τεύχεσι λαμπόμενοι παρὰ ῥηγμῖνα κατέβαινον.
Στησάμενοι δ' ἐμάχοντο ἑτώσια ἐν δεῖ ὄασης *
Πρῶτος Πρωτεσίλαος Ἀρήιος ἔκθορε πλοίου·
Τοῦ δέ τοι εἶδος ἀγητὸν, ἐπ' εἴδεϊ κάρτος ἔκειτο.
Ξανθοκόμης ἦν μακρὸς, ἐλίθριξ ἠδὲ γλαυκόχροος,
Τολμήεις, εὐήμων, εὔθετος, ἀρτιγλύφος,
Αἰζηῶν τε νεώτατος ἐὼν, ἀνὰ Ἀντιλόχοιο.
Τοῦ δὲ γυνὴ θαλάμοισιν ἐλείπετο Λαοδάμεια,
Νυμφιδίοις κόσμοισιν ἀγαλλομένη ἐπὶ βαιόν·
Οὐ γὰρ δηρὸν ἔχαιρεν ἐπ' ἀγλαΐῃ κομόωσα.
Νυμφίον ὡς γὰρ ἄκουσε καλὸν πεσέειν περὶ νηυσὶ
Χείρεσιν ἀντιπάλοισιν ἐν ἅλματι τοῖο θανόντα
ΕΥφόρβου, Ἀχάτου, ἢ Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο,

Νυμφιδίοις κόσμοισι περιστέψασα ἑαυτὴν
Φαιδροῖς ὀφθαλμοῖσιν ἀὸρ παραὶ ἢ πῦρ ἴσα,
Εἰς ἀΐδην κατέβαινεν ἀτερπέα νυμφευτῆρα,
Καλὴ καλῷ ζήσας ἠδὲ θανοῦσα ἀκοίτῃ.
Τὴν ἐγὼ αἰνέω ἠδέ τε ἔξοχον ἀμφαγαπάζω,
Ὡς εὐάδνην, Ἄλκηστιν τε καὶ Ἀντιόπειαν,
Τὴν θεανώ τε καὶ Οἰνώνην καὶ Λουκρητίην τε,
Ἡ δὲ καὶ Ἀβραδάτου καλὴν ἄλοχον Πανθείην,
Πρὸς δέ γε Πορκίην ἐσθλὴν παράκοιτιν Βρούτου,
Αἳ ποσίας τίμησαν καὶ ἔλαβον κλέος ἐσθλόν,
Οὐδὲ λέχη ᾔσχυναν ἀτάσθαλα ἔργα φέρουσαι.
Οἷαι νῦν τελέθοισι ἀναιδέες ἀγελόθυμοι,
Φιλονόμαι, Φαῖδραι, Σθενέβοιαί τ' ἀλγεόδωροι.
Τῆς τοι Λαοδαμείης ὥριος παρακοίτης
Πρῶτος Πρωτεσίλαος ἀρήϊος Ἕκτορε πλοίου.
Πίπτε δ' ἐπεσσύμενος καὶ ἔλυσε φόβον χρησμοῖο,
Νίκην οἷς ἑτάροισιν ἑῷ θανάτῳ περιτεύξας.
Πάντες γὰρ τὸν ἄριστον ἰδόντες τῷδε πεσόντα
Νηῶν ἐξεχέοντο, καὶ ἀλλήλοις ἐνάειζον.
Αὐτὰς δ' αὖ κατέδησαν πρυμνήσιοισι κάλωσι,
Αὐτὰρ ἐπεὶ ἐρύθυνε πελώριον οἶδμα θαλάσσης,
Αἱματόεις χείμαρρος ἀπ' ἀμφοτέρων κελαρύζων,
Ἔκτε δ' ἀργείοισιν ἐείσατο κέρδιον εἶ

Τρώων χώμας περιθέμεν ἠδέ τε ἄστεα πάντα.
Τεῦξαν δὲ κλισίας πλεκτὰς σιβαρῖς ἀγραρίας.
Καὶ ῥ' οἱ μὲν περιέμιμνον ἐνὶ κλισίῃσι μένοντες.
Ἄλλοι δ' ἄστ' ἔπερθον, Ἀχιλλεὺς δή αὖτε μάλιστα
Δίῳ σὺν Παλαμήδει ἀνέει πολλὸν ἀρίστῳ,
Ὃς σοφίῃ ἐκέκαστο, γράμματα δ' εὗρε βροτοῖσιν,
Πεσσὸν, ἀριθμούς τε ζυγοστασίην τε καὶ ἄλλα.
Σὺν τοῖς πρότερον Ἀχιλλεὺς καὶ ἄλλοις παναχαίοις
Ἐς Μυσοὺς ἐνέβαλλεν ἐπ' ἄστεα Ἡρακλείδου,
Τηλέφου εὐρυμέδοντος εὐγενέος βασιλῆος,
Ἔνθα μάχη δριμεῖα, πολύς τε φόνος Παναχαίων
Αὐτῶν τε Μυσῶν, πολλοὶ δὲ ἐρπῶντο Ἀχαιοί.
Τήλεφος αὐτὸς γὰρ καὶ Αἶμος ἄναξ Ἀρεΐδης. *
Πρὸς δ' αὖ Ἔλωρος τ' Ἀκταῖος τ' ἴστροιο γενέθλη.
Ἐν δὲ γυναῖκες Μυσῶν ἅρμασιν οἷσι μάχοντο.
Καὶ νύ κεν ἐς κλισίας τε καὶ ἐς νέας ἦλθον Ἀχαιοί,
Εἰ μὴ Τήλεφον αὐτὸν μηρῷ πλῆξεν Ἀχιλλεὺς,
Εἰ Νιρεὺς μὴ ἔπεφνεν ἀμφιμάχετον βασίλειαν
Ἅρματι μαρναμένην ἱερῷ δόρατι περονήσας.
Ἡ γάρ τε περιθέεσκε καὶ Ἀργείους ἐνάριζε
Μαινομένη ἐπ' ἀκοίτῃ τὸν περιτέτρωσκεν Ἀχιλλεὺς,
Ἣν Μυσοί τε καὶ Ἀργεῖοι στενάχοντο πεσοῦσαν.
Τόσσος δὲ θρῆνος περὶ κάλλεϊ ὥρετο ταύτης,

Τηλέφῳ ὡς πείσασθαι Ἀχιλλῆα πτολίπορθον.
Ἡ γὰρ καὶ Ἑλένην ἐπεκαίνυτο κάλλεϊ πολλόν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πείσαντο καὶ ἐς κλισίας κατέβησαν,
Πάντες Ἀργεῖοι φίλεον Παλαμήδεα δῖον,
Οὕνεκ' ἀνὴρ πολυίδρις ἔην, καὶ ἤπια ᾔδη.
Τοὺς δέ τε ἀσχαλόωντας ἔρωτι πάτρας ἐρατεινῆς
Εὑρὼν πεσσὸν ἔτερπε, καὶ ἐξελάασκεν ἀνίην.
Ἠδέ τε νούσους περίλεγε, καὶ νούσων ἀπερωήν,
Ἀλθεσήεια φάρμακα βρώσιός τ' ἐξερεείνων.
Οὕνεκα σήματα, ἠδὲ τεράστια περίλεγε πάντα,
Οὕνεκα τε ξύμπασι φίλος μερόπεσσι τέτυκτο.
Οὐδ' ἀγέρωχος ἔην, ἢ ἀπάσθαλα ἔργα ἔρεξε.

Λείπει τ' ἄλλα.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΤΟΔΕ τὸ ποιημάτιον.

Ἄλλοι δ' ἄλ.] τοῦτο πρὸς Λυκόφρονα καὶ Κόλουθον τὸν ποιητὴν ἀποτεινάμενος, τοῦ μὲν Λυκόφρονος λέγοντος, ὅτι διὰ τὸν φόνον Ἀνθέως Ἀλέξανδρος συναπῆρε τῷ Μενελάῳ ἐς Σπάρτην. τοῦ δὲ Κολούθου φαμένου αὐτὴν τὴν Ἀφροδίτην συναποπλεῦσαι τῷ Ἀλεξάνδρῳ, ἐς Σπάρτην. [Ἀλλ' ἄρα Πρ.] καὶ τοῦτο Λυκόφρων φησίν, ἐκ Στησιχόρου

κληροις· πρὶν μὲν γὰρ Ἀκάμας σὺν Διομήδει ἐπέμφθησαν· εἶτα Μενέλαος, Ὀδυσσεὺς καὶ Παλαμήδης. κἂν Ὅμηρος Ὀδυσσέα μόνον καὶ Μενέλαον λέγῃ, σιγήσας τὸν Παλαμήδην, ἵνα μὴ τὸ παῖ τοῦτο ποίημα ἐξελέγχοιτο φαῦλον, ἐπάγιον παρ' Ἑλλήνων· οἵτινες τὸν πάνσοφον ἀηδόνα τὸν Παλαμήδη τοῦτον ἀνεῖλον. [παρέδραμον] τὸ [δρα.] βραχὺ ὂν ὑπὸ τοῦ (μ) ἀμεταβόλου ἐκτείνεται, καὶ γίνεται κοινὴ συλλαβή. ὅτι ἐν τῶν ἀμεταβόλων ἢ ἐν τῶν δασέων ἐκτείνειν δύναται· καὶ μυρία παρὰ τῷ Ὁμήρῳ καὶ λοιποῖς εὑρήσεις τούτων τὰ παραδείγματα· κἂν τινες ἀγνοοῦντες τὸν κανόνα διπλασιάζωσι τὰ ἀμετάβολα, μὴ χώραν ἐκεῖσε ἐχούσης τῆς Αἰολίδος διαλέκτου. ἐξ Ἱππώνακτος ἐν παραθέσω ἐκ τῶν κατὰ Μιμνῆ τοῦ ζωγράφου χωλιάμβων, τὰ ἐξ ἔθους παραδείγματα εἰακφός. Μιμνῆ κακομήχανε, μηκέτι γράψῃς [Ὄφιν τριήρους ἐν πολυζύγῳ τοίχῳ,] Ἀπ' ἐμβόλου φεύγοντα πρὸς κυβερνήτην.] Αὕτη γάρ ἐστι συμφορή τε καὶ κλύδων] Νικύρτα καὶ Σαβάννῃ τῷ κυβερνήτῃ.] Ἢν αὐτὸν ὄφις τὸν τεκνύμενον δάκῃ. [Ἀχιλλῆος.] δι' ἐν λ. ἢ παρὰ τὸ ἄχος ἐμποιεῖν Ἰλιεῦσιν, ἢ παρὰ τὸ τὰ ἄχη λύειν, ἢ παρὰ τὸ χιλοῦ ἄμοιρον εἶναι. ὡς φησὶν Εὐφορίων, Ἐς Φθίην χιλοῖο κατήϊε πάμπαν ἄπαστος,

Τοὔνεκα Μυρμιδόνες μιν Ἀχιλλῆα φημίξαντο.

ANONYMI POETÆ

GRÆCI CARMEN,

De Helena & expeditione ad Ilium.

FED. MORELLVS Interpres Reg. Lat. versib. expressit.

D IVERSI *diuersa canunt, vt fert animi mens,*
Nempe negant Helenam venisse ad Pergama quidam,
Ædibus at fingunt Protei vsque fuisse moratam,
Et frustra cum Dardaniis bellasse Pelasgos:
Sic multis placet historiam connectere falso:
Ast mihi propositum est vera omnia pandere, vt acta
Quæque fuere olim: illa abeant ludibria ventis.
Argiui edocti Troas seruare Lacænam,

Ductores Danaum, damnoso hoc munere functis;
Antimachi raut.
Ille quidem Paridis datum ad hoc perceperat
aurum.
Hospitio Antenor acceptos morte redemit,
Antenor.
Troia expugnata cui gratia reddita par est:
Cunctis namque illi seruatis plura dederunt.
Tum quibus Antimachi fugere improba fas
fuit acta
Narrarunt Graijs, dederit quot Troia labores.
Multa manus è Tellure, æquoreisque plagis
gens,
Vndique collecta, in Troianos concutit arma.
Interea decies lustrauit sidera Titan,
Ex quo Pergameas successit Tyndaris arces.
Iusiurandum Græc.
Inde caternatim populi conscendere naues:
Tyndareo nam adstricta fides cunctis erat olim.
Troiæ ergo infesti non felici Aulida cursu
Legatio ad Achillem
Appulsi, nec Pelidæ haud meminere Pelasgi,
Qui nouus incoluit sponsus tum coniugis ædes,
In Scyro, Dolopum regis Lycomedis & vrbe,
Virgineis memorāt vbi amictum heroa lacernis.
Mox Laertiadem, Palamedem, Nestora mittunt
Ad diuam Thetidem & Pelea, & Chirona
biformem,
Insignem doctrina iuxta hominésque deósque.
Ille suæ cædem nata prædixit Achillis.
Hunc oratores cùm flexissent prece blanda,
Achillis Naues.
Pelidem rate ad Atridas duxere & Achiuos,
Naues Myrmidonum qui denas quinque regebat,
Quinnnaginta homines in puppi at quaque
sedebant.
Inter quos Patroclus erat Phœnix que grauis dux.
Præfuit Armigeris ille, hic dictus at Achillis.

Hanc classem Argiui gaudebant cernere cuncti,
Et populis lati & ducibus prudentibus, atque
Forma præstante, actis eximiis & Achillis,
Namque ore & gestis pedibusque volucribus Heros
Pollebat. stipata cohors at in Aulide Achiuûm,
Centum octoginta ratibus sex millibus, illic
Hiberno hærebant vento perflante retenti.
Tunc ad Clytamnestræ sedes adit Argos Vlysses: [Classis Græc in Aulide]
Matréque decepta abduxit natam Iphigeniam [Iphigenia.]
Mactādā Triuiæ, Calchante ita vaticinante.
Hanc simul ac vidit pater est lachrymatus Atrides.
Hunc variis per castra viri differre susurris
Auditi, natam vt sineret mactare Pelasgos,
Quæ cerua redimenda foret, quia victima diuæ
Gratior hæc Dianæ, Taurinæ quoque Lunæ;
Nam q̃ bobus tauris & arantibus humida gaudet [Diana Taurina Luna.]
Sementam amplificans magna vi humoris adauctam;
Cornua propterea gestat, curru vehiturque.
Inde sacerdotem Graii hanc statuere Dianæ,
Et cernam mactant salientem per media arma.
Per mare veliuolum misit tum flamina Phœbe, [Gra. expeditio ad]
Quæ Iouis arbitrio stellato prospera ab axe

Iris Nam fuit indicium hac hyemis bellique tremendi:
Sidereis compar stellis, dirisque cometis.
Vt videre Phryges custodibus omnia firmant.
At cùm Graiorum naues propè Pergama adessent,
Myrinæ tumulus. Dardanij instructi accedunt monumenta Myrinæ,
Fulgentésque armis ripam obsessere nitentem.
Conseruere manus ,at frustra ac omine læuo.
Martius hic princeps saliit rate Protesilaus.
Huic ingens forma decus, & decori addita vis est:
Protesilai nex. Flauicomus, crispus, procerus erat, niueóque
Ore audax & honestus, tum lanugine malas
Prima cingente :hic natu quoque iunior inter
Permultos iuuenes, si dempseris Antilochi vim.
Vxor erat geniali Laodamia relicta
Laodamia In thalamo ,decorata monilibus ad breue tempus,
Namque diu ornatu non est gauisa iugali:
At simul ac charum accepit periisse maritum,
Audax dum è classe aduersos saliisset in hostes,
Euphorbum vel Achatem aut Hectora bellipotentem,
Armillis ornata suis sponsalibus, ensem
Transadigit iecori, atque oculis modo tristibus Orcum
Deuenit ,tristem sponsum nimis atque seuerum,
Vixerat vt cum pulchro pulchra ita commoritura.
Heroina casta. Hanc ego collaudans adamo vel præ omnibus vnam,
Euadnem velut, Alcesten, ac Antiopeiam

Queis Theano addenda, Oenone, & Lucretia casta,
Abradati & coniux Panthêa decôta pudensque,
Et prudens uxor constantis Porcia Bruti:
Quæque viros quod honorarint super æthera nota:
Nec fœdare thoros voluere per impia facta,
Quales sunt hodie sine fronte, & mente, fideque,
Phyllonoma; Phædra, Sthenebœæ tristia dantes.

Vxores impudicæ

Præstans Laodameia alma virtute maritus,
Martius exsiliit rate primus Protesilaus,
Et ruit occumbens soluitque oracula dira:
Sic morte illius Graiis victoria parta est:
Quippe omnes fortem qui norant occubuisse,
Conseruere manus effusi è nauibus vltro,
Quas tortis cum funibus alta à puppe ligarunt.

Victoria Græc. ex Protesilai cæde

Ast postquam visa est streperi æquoris vnda rubere,
Sanguinei fontis torrente vtrimque fluente,
Tunc Danais hoc decretum conducere visum est;
Dardanios vicos populari atque oppida cuncta,
Textaque struxerunt firmo tentoria nexu.
Nonnulli ad littus sua per tentoria sistunt.

Castrametatio.

Vrbes vastabant alii, imprimis at Achilles
Dio cum Palamede, viro qui præstitit armis,
Consilio, ingenuasque dedit mortalibus artes,

Palamedis laus.

Alcidæ genus, & late Rex ritè regebat,

Prælium cum Mysis eorumque uxorib.

Prælium vbi acre fuit, strages ingens Danaûmque
Mysorumque itidem Graiûm plerique fugati:
Fugit Telephus ipse, & princeps Martius AEmus,
Elorusque Actausque Istri flumine natus.
Mysorum vxores pugnabant curribus altis.

Telephus ictus ab Achille

Et certè ad naues issent tentoriaque Achiui,
Lumbos ni fortis ferijsset Telephi Achilles:
Nireus ni reginam inuictam egisset ad Orcum,

Nireus Mysorum Reginam cedit

Certantem è rheda valida quam fixerat hasta:,
Nam cursu Argiuos præuenerat, & trucidarat,
Coniugis ob vulnus vesana ab Achille petiti.
Hanc Mysi prostratã Graiugeneque gemebant,
Luctus at exortus pro forma ac dotibus ingens,
Telepho vt inde cito sit conciliatus Achilles:
Quippe Helenam forma longè vincebat honore.

de Palamede iterum.

Hinc postquam libassent, ad tentoriáque issent,
Omnis in amplexus Palamedis Græcia venit,
Nempe vir hic multa & præclara & grata tenebat,
Et patriæ captos desiderio atque suorum
Iuuentis talis tristi mœrore fugabat.
Idem aduertebat venienti occurere morbo,
Et medicamenta atque cibos dabat vsque salubres:
Quando signa & monstra ostentaque cuncta docebat.
Omnibus hinc peramicus erat mortalibus ægris,
Nulla superba loquens dicta, haudque acta improba patrans.

INTERPRETIS NOTÆ
Ad Carminis Iliaci fragmentum.

SCHOLIASTES Græcus (cuius notulas in hoc anonymi Poëtæ, ni fallor, vetuſti Fragmentum, Græcæ editioni ſubiecimus ex vnico exemplari, mutilo quidem, quippe cui nec caput nec pes erat, ſed non recente nec mala manu exarato, in membranis, quas vir clariſſimus Iſaacus Caſaubonus, affinis meus, pridem mihi cõceſſerat) animaduertit primos hos verſus é naufragio relictos, ad Lycophronẽ & Coluthũ poëtas ſpectare; cùm ille aſſerat ob Anthei cædem Alexandrum cum Menelao nauigaſſe Spartam: hic autem affirmet venerem ipſam vna cùm Alexandro Lacedæmona claſſe petiîſſe. jdem admonet quod de Helena, Ioue volente, à Proteo hoſpitio excepta memoratur verſu tertio, firmari ab eodem Lycophrone hoc Steſichoreũ laudante,

Quando Helenæ ſigni gaudebant munere Troes.

His accedit Euripidis auctoritas in Prologo Helenes, vbi ex ædibus Protei in Ægypto refert Iunonem Paridi dediſſe εἴδωλον ἔμπνουν, ſpirans ſimulacrum æthere eductum. Idem ſchol. ad verſ.

minerit suppresso Palamedis nomine; ne totum poëma vt vitiosum argueretur, quòd laudem Græcorum contineret, qui quidem sapientissimam hanc lusciniã, Palamedem videlicet interfecerãt.

Versu 12. Antimacho proditori legatorum Gr. aptius epitheton, κακόφρονος, nefarij, tribuitur a poëta nostro, quàm, δαΐφρονος, bellicosi, ab Homero, Iliadis xi. cuius hic versus ita vsurpantur, vt in ijs cautè quædam demutentur.

Ad versum 22. qui videtur κώλυεις, cum vltimus pes iambi potius quàm spondæi formam habeat: Scholiorum autor; vt doceat metrum constare, nec egere tibicine, canonem grammat. non tralatitium nec vulgo literatorum notum, in ratione quantit. syllab. apud græc. eiusmodi, Vnam ex immutabilibus liquidisve literis, vel vnam ex mutis aspiratis producere posse vocalem præcedentem, vt geminatione literarum minimé opus sit. id vero Hipponacteorum choliamborum autoritate firmat, quos Græce nunc primum, vt opinor, in lucem prodeuntes, etiam Latinitate donatos ijsdemque numeris non eadem licentia àme expressos, hic apponere non potui chartæ, *Spatijs dysclusus iniquis.*

Versu 55. Dianam *Tauropolon* nuncupat cõmuni cum Apolline & luna epitheto, vt Dionysius Afer de situ orbis, versu 610. testatur. Phylonomæ versu 98. inter Heroinas referuntnr, quarum fama laborauerat, vna tamen mihi occurit apud Plutarchum in Parallelis hist. Græc. & Rom. hoc nomine indigitata Nyctimi & Arcadiæ filia, cuius cum Diana venantis pudicitiæ Mars, habitu pastoritio velatus, dicitur insidiatus.